Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/319019

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

THESES

JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ISACUS JACOBUS ROCHUSSEN,

ROTERODAMAE NATUS.

DIE XVIII MARTII A. MDCCCLIII. horâ II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES.

I.

Si aedes igne consumtae sunt, conductori incumbit probatio eas nulla sua culpa periisse.

II.

In l. 7 § 2 D. de distr. pign. et hypoth. legendum est *venditionem ut pactioni stetur.*

III.

Inter l. 72 § 1 D. de solutt. et l. 31 p. D. de novatt. antinomia non est.

IV.

Emtione venditione perfecta periculum rei venditae statim ad emtorem pertinet.

V.

Recte in specimine codicis poenalis, quod anno 1847 probatum est ab Ordinibus Generalibus Regni,

magis ampla facultas judici in aestimando et puniendo relapsu in crimen tribuebatur.

VI.

In art. 59 Cod. poenalis Gallici multae personae sibi invicem assimilantur, inter quas omnino distinguendum erat.

VII.

In interpretanda voce *nuit* in art. 386 Cod. poenalis Gallici sententia cum curiae cassationis Gallicae, tum illa senatus nostri supremi probanda mihi non videtur.

VIII.

In art. 78 Cod. Quaest. Crim. facultas prorsus inefficax judici delegato (regter-commissaris) concessa vituperanda est.

IX.

Lectio *verrigtingen* in art. 195 legis nostrae fundamentalis servanda est.

X.

Articulus 170 legis nostrae fundametalis improbandus est.

XI.

Erronea est sententia eorum, qui putant id quod uni populo prodest semper in detrimentum alterius fieri.

XII.

Recte Molinari dicit: "l'économie politique a deux "ennemis irréconciliables l'esprit de révolution et "l'esprit de réaction."

XIII.

Jus quod dicitur *beklemming* bene distinguendum est ab eo quod *erfpacht* vernaculo sermone vocatur.

XIV.

Legislatur noster quum prohibere vellet ne secundum praecepta art. 604 Cod. Civ. Gallici servitus constitueretur mihi revera nihil egisse videtur, nisi rem fortasse jam magis impediverit.

XV.

Mater tutrix cum secundo marito cotutore unam personam efficit.

XVI.

Procurator litis, de quo in art. 21 al. 2 Cod. de Ratione proc. in causis civilibus agitur, alius esse non potest quam is, qui in lite operas jam praestitit.

XVII.

Articuli 435 Cod. de Rat. proc. in c. c. rationem mihi recte reddidisse videtur legislator apud VAN DEN HONERT ad hunc articulum.

XVIII.

In art. 21 Cod. Mercaturae, ubi agitur de debitis et obligationibus, quibus teneatur socius commenditarius, qui contra praecepta articuli praecedentis egerit, de praeteritis debitis sermo non est.

XIX.

Recte legislator noster de revindicatione bonorum (reclame) in alia parte codicis Mercaturae tractavit quam fecit legislator Gallicus.

XX.

Moratorium peti potest jam qùum debitor ad solvendum interpellatus est.